



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XXX. Nec duas sorores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

XXIII.

Si monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere præsumpserit, aut furtum fecerit, & hoc abbas per se non emendauerit, aut episcopo, aut archidiacono non innotuerit, ad poenitentiam agendam in alio monasterio retrudatur.

XXIV.

Non licet abbati, nec monacho, ad nuptias ambulare.

XXV.

De consecr.
dist. 4. Non
licet abbati.

Non licet abbati filios de baptismo habere, nec monachis commatres habere.

XXVI.

Quod si quis abbas mulierem in monasterio suo ingredi permiserit, aut festiuitates aliquas ibi spectare præceperit, tribus mensibus in alio monasterio retrudatur, pane & aqua contentus.

XXVII.

Non licet vt aliquis suam nouercam accipiat uxorem.

XXVIII.

Non licet vt filiam vxoris suæ quis accipiat.

XXIX.

Non licet vt relictam fratris sui quis in matrimonium ducat.

XXX.

Non licet duas sorores, si vna mortua fuerit, alteram in coniugium accipere.

XXXI.

Non licet consobrinam, hoc est quæ de duobus